



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

31. Julij. Pridie Cal. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

glia & Franciæ Regnis successu felicitum in componenda inter Ordinis Primates de subordinatione regiminis universalis controversia, per sapientiam tuam ad longum tempus stabilita. Sed *Clavus* ab his curis te senium avocavit: quod *dimittotum*, relicto regimine, in piorum orationibus, & maxime precum, devotione traduxisti. *Oratio magnum est humanæ infirmitatis solatium: ut autem mea ad cælos, ne sterilis sit, ascendat, doce me orare, prout præscribit*

S. BERNARDUS. ser. 3. de Epiph.

Oratio iusti cælos penetrat. [*Eccl. Oratio.* 35.] *Oratio, inquam: non cujuslibet, sed iusti. Nam qui avertit aurem suam, ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis.*



31. Julij. Pridie Cal. Augusti.

BADAME, monasterii Langhei-Floruit mensis Præsul: qui celeberrimæ domus structuram non tam fundamento saxorum, quàm virtutum imposuisti. Quarum famâ moti magnates novellam plantationem liberalibus donis auxerunt: tu vicissim in pauperes & peregrinos

E c 2

regrinos

100 ANNI CISTERCIENS.

*Liber-
lis in
hospi-
tes.*

reginos adeò benignus eras, ut passim
cœnobium tuum diceretur publicum
paupertatis hospitium. Nec deseruere
hanc pietatem posterì, sed virtutum
tuarum strenuissimi æmulatores, mo-
derno regularis observantiæ flore de-
monstrant, à quàm generosa radice o-
riginem ducant. *Felices laborum pro-*

*Omen
finis est
princi-
pium.*

*gressus plerunque deberi principiis, & tu
in condendo cœnobio tuo comprobasti, & ex
tritiſſimo adagio (Dimidium facti qui bene
cepit, habet) jam pueri discimus. Exordi-
ar etiam ego actiones meas auspice Deo:
toties nempe mihi gratulabor de fine, quo-
ties hoc utar principio.*

*Obijt
anno
1577.*

B. MARIA de Satillon, monasterii
Bellopratensis DEO dicata virgo: quę
purissimâ vitæ innocentiam, non secus
ac vi magneticâ, Sponsum Virgineum
tibi copulavisti: tam familiari quidem

*Christi
presen-
tiâ con-
tinuâ
gaudet*

charitatis vinculo, ut sub amabilis pu-
eruli forma tibi nunquam non præsens
manifestè ostenderit, delicias suas esse,
indulgere filiis hominum suam præ-
sentiam. Quemadmodum verò una
lex amoris est unio voluntatum, ita
suam divinus ille Sponsus in tua pote-
state esse voluit, ut ad impetrandos ab
ipso quoscunque favores sufficeret, in-
sinuare, quid optares. Nescio proinde,
liceátne dicere, te mortuam esse, dum
felix

felix anima, caduci corpusculi soluto
 connubio, in æternos dilecti amplexus
 transivit. *Quàm rarus favor est, visu DEI.*
 corporeo Deum conspiciere: tam facilis, ju- præsen-
 cundus, & utilis est mentis oculo intuitus tia.

Divinae ubique præsentia. Sit mihi diur-
 nus nocturnusque hujus dulcissimi exerci-
 tij monitor ille psalmi [15.] versus: Provi-
 debam Dominum in conspectu meo semper,
 quoniam à dextris est mihi & c.

S. BERNARDUS, ser. 69. in Cant.

Da mihi animam, nihil amantem,
 præter Deum, & quod propter Deum Animæ
 amandum est, cui vivere Christus non verè
 tantum sit, sed & diu jam fuerit: cui spitu-
 studij & otij sit, providere Deum in cõ- alis fi-
 spectu suo semper: cui sollicitè ambula- gna.
 re cum Domino Deo suo, non dico ma-
 gna, sed una voluntas sit, & facultas
 non desit: & ego non nego dignam
 sponsi curâ, majestatis respectu,
 dominantis favore, soli-
 citudine gubernantis.

